

PETRI ANDREÆ
CANONHERII
PATRITII ROMANI
PHILOSOPHIÆ MEDICINÆ

AC SACRÆ

THEOLOGIÆ DOCTORIS

*In septem Aphorismorum Hippocratis libros, Medica,
Politica, Morales, ac Theologica Interpretationes.*

Volumen Secundum

Materias morales ac Theologicas, & multas etiam
Politicas complectens.

AD PERILLVSTREM VIRVM
BALTHASAREM ANDREA.



ANTVERPIÆ
Apud PETRVM & IOANNEM Belleros
CLC. MDC. XVIII.

PERILLVSTRI VIRO

BALTHASARI ANDREA

DOMINO IN HALLE, &c.

PETRVS ANDREAS

CANONHERIVS

S. P. D.



VPERTORIBVS annis, ornatissime Vir, à viris de republica literaria bene meritis, Diuini Hippocratis Aphorismos politicè explicandi onus humeris meis impositum pro viribus sustinui; eosque absolutos ob bibliopolæ importunitatem omnium oculis præproperè subicci. Verum enim vero cum deinceps corpori animam esse alligatam, eius temperaturam sequi, corpusque sine ea curari non posse mecum ipse cogitassem, eosdem moraliter ac theologice interpretandos suscepi, atque sub inclyti nominis tui auctoritate in lucem dare constitui; vt ab ijs defendi possent, qui inuido derisu, ignaro contemptu, maligno morfu, infami calumnia, impudenti lacratu, pertinaci malignitate, ac insolenti mendacio in omnium existimationem passim debacchan-

PETRI ANDREÆ
CANONHERII
IN
SEPTEM HIPPOCRATIS
APHORISMORVM
LIBROS
PROLEGOMENA.



ANTEQVAM moralem ac Theo-
logicam Aphorismorum inter-
pretationem aggrediamur, ope-
ræ pretium erit, fere eadem de
anima, deque rebus ad mysti-
cum corpus spectantibus, de-
monstrare, quæ de corpore humano ac Politico in
primo volumine commonstrauimus: tum quia ani-
ma corporis temperaturam sequitur, & quatenus
est eidem corpori alligata, eius conditionem imita-
tur; tum quia: *sicut oculos sine capite curare non de-*^{Plutarchus}
*cet, neque sine reliquo corpore caput: ita neq; sine*_{in Charmide.}
anima, corpus.

Vol. 2.

A

De

PETRI ANDREÆ
 CANONHERII
 IN
 PRIMVM HIPPOCRATIS
 APHORISMORVM
 LIBRVM
 MEDICÆ, MORALES,
 AC THEOLOGICÆ
 INTERPRETATIONES.

I.

Vita brevis, ars longa, occasio praeceps, experientia periculosa, iudicium difficile. Nec vero sat est suum fecisse officium, nisi suum quoque egrotus, suum astantes faciant, sintque externa ritè comparata.



Vemadmodum aphoristica doctrina ad medicinæ praxim exercendam medicis, qui corpora curant; sic medicis spiritualibus, id est confessarijs & parochis est utilis ac necessaria: & hac de causa Sylvester, Navarrus, Toletus, Caietanus, & multi alij summas casuum conscientiae breuissime conscripserunt, nuperrimeque Emanuel Sa, præstantia ac necessitate aphoristica sermonis considerata, conscientiae casus aphoristicè tradidit, eosque aphorismos confessariorum inscripsit.

Aphoristica doctrina est parochis necessaria.

Sicut aphorismorum medicorum doctrina est concisa & magna: concisa, quia breuissimis verbis in tradenda disciplina vitur; magna, quia ut inquit Hieremias Thriuerus: locuplerem supellectilem continet; semperque noua materia eruitur; & quotiescumque ad eos quis rediuerit, semper in ipsis inueniet, quod antea nesciuit: tanta est hic rerum congesta copia: sic sacra scriptura est breuissima, quia in ea nullum redundans verbum inuenitur,

In com. aphor. ref. Sa. lib 5.

PETRI ANDREÆ
CANONHERII
PATRITII ROMANI
PHILOSOPHIÆ MEDICINÆ

AC SACRÆ
THEOLOGIÆ DOCTORIS

*In septem Aphorismorum Hippocr. tis libros, Medica,
Politica, Morales, ac Theologica Interpretationes.*

Volumen Tertium

Materias morales ac Theologicas, & multas etiam
Politicas complectens

AD ILLUSTRISSIMUM VIRVM
IOANNEM CAROLVM MERELVM.



ANTVERPIÆ
Apud PETRVM & IOANNEM Belleros
CL. MDC. XVIII.

ILLVSTRISSIMO
VIRO
IOANNI CAROLO
MERELO
PATRITIO GENVENSI
PETRVS ANDREAS
CANONHERIVS
S. P. D.



TERTIVM hoc volumen
Medicarum, Moralium, ac
Theologiarū in septem Hip-
pocratis aphorismorum libros
interpretationum, sub clarissi-
mi nominis tui splendore in
lucem prodire decreui; vt per
eum, qui est virtutum præsidium, literarum firma-
mentum, veræ nobilitatis exemplar; quique quo-
tidianæ vitæ cultu, integræ pietatis studio, incor-
rupti iudicij rectitudine, magnanimi spiritus in-
dolē, pij animi candore, morū illustrium tempe-
ratura, laudabilis liberalitatis fama, grauis & dili-
gentis ingenij firmitate, religione, innocentia, le-
nitate, integritate, modestia, præclarissimis ani-
mi dotibus, admirabilique præclararum virtu-
tum

PETRI ANDREÆ
CANONHERII

I N

QVARTVM HIPPOCRATIS
APHORISMORVM

L I B R V M

MEDICÆ, MORALES,
AC THEOLOGICÆ
INTERPRETATIONES.

L

*Pregnantes purgabis, si materia urgeat, quadrimestres, & vsque
ad septimum mensem: sed has parcius: Minore vero aut
grandiore conceptu, cautius religiosiusque agendum.*



T mulieres quando fœtum vëtre sustinent, quia is est reip.
utilis, excepta tamen quando pleuriti, pulmonia, angina
aliisque acutis morbis laborant, pharmacis non afficiun-
tur; sic ij Principes qui aliquem partum reip. Christianæ
vtilem gerunt, vel mole rerum gerendarum semper gra-
uantur, exceptis casibus hæresis, schismatis, & eiusmodi
acutissimis morbis, non sunt censuris castigandi, & in ipsis acutissimis
morbis caute & prudenter omnia sunt facienda: sicut enim mulieres gra-
uidæ, vt resp. vnus hominis lucrum faciant, non torquentur, nec suppliciis
afficiuntur: sic quædam ab ecclesiasticis condonanda Principibus, vt aliquid
lucrifaciant, quod quidem insigni doctrina Bosquerius ostendit.

Indulgenda interdum quædam maxime potentioribus. Decret. p. 2. causa
1. q. 7. num. 16. Cyrillus in ep. ad Ianuarium Ep. referent. In one Dispensatio-
nes regum cogunt nonnunquam: parum quidem à debito rigore quosdam
exire foras, vt maius aliquid lucrifaciant: sicut enim hi qui mare nauigant
tempestate urgente nauique periclitante anxiiati, quædam exonerant, vt
cætera salua permaneant, ita & nos cum non habemus saluadorum omnium
negociorum penitus certitudinem, despiciamus ex his quædam, ne cuncto-

*Philippus Bo-
squerius in
leg. ap. in
ech. conc. 15.*

A

rum